attendant had completed that promise on bended knees, according to the saint's desire, the venerable man made a statement to this effect : ' This day is called in the sacred books " Sabbath ", which is interpreted " rest ". And truly this day is for me a Sabbath, because it is my last day of this present laborious life. In it after my toilsome labours I keep Sabbath ; and at midnight of this following venerated Lord's-day, in the language of the Scriptures I shall go the way of the fathers. For now my Lord Jesus Christ deigns to invite me. To him I shall depart, I say, when he invites me, in the middle of this night. For so it has been revealed to me by the Lord himself '. The attendant hearing these sad words began to weep bitterly, and the saint tried to comfort him, as well as he could.

After this, the saint left the barn, and returning towards the monastery sat down midway. In that place a cross that was later fixed in a mill-stone is seen, standing by the roadside, even today. And while the saint sat there, resting for a little while, being (as I have said above) weary with age, behold, a white horse came to him, the obedient servant who was accustomed to carry the milk-vessels between the cow-pasture and the monastery. It went to the saint, and strange to tell put its head in his bosom, inspired, as I believe, by God, before whom every living creature has understanding, with such perception of things as the Creator himself has decreed ; and knowing that its master would presently depart from it, and that it should see him no more, it began to mourn, and like a human being to let



spumans flere. Quod videns minister coepit illum flebilem repellere lamentatorem. Sed sanctus prohibuit eum, dicens : ' Sine hunc, sine nostri amatorem, ut in hunc meum sinum fletus effundat <sup>1</sup> amarissimi plangoris. Ecce tu, homo cum sis et rationalem animam habeas, nullo modo scire de meo exitu potuisti, nisi quod tibi ego ipse nuper <sup>2</sup> manifestavi. Huic vero bruto et irrationali |  
128a animanti, quoquo modo <sup>3</sup> ipse conditor voluit, egresurum a se domnum <sup>4</sup> manifeste revelavit '. Et haec dicens mestum a sé revertentem eum benedixit ministratorem.

Et inde egrediens, et monticellum <sup>5</sup> monasterio supereminentem ascendens, in vertice ejus paululum stetit ; et stans ambas elevans palmas suum benedixit cenubium, <sup>6</sup> inquires : ' Huic loco quamlibet angusto et vili non tantum Scotorum reges cum populis, sed etiam barbararum <sup>7</sup> et exterarum gentium regnatores cum plebibus sibi subjectis, grandem et non mediocrem conferent honorem. A sanctis quoque, etiam aliarum ecclesiarum, non mediocris veneratio conferetur '.

Post haec verba de illo descendens <sup>8</sup> monticellulo et ad monasterium revertens sedebat in tegorio <sup>9</sup> psalterium scribens. | Et ad illum xxx. tertii <sup>10</sup> psalmi versiculum perveniens ubi scribitur, ' Inquirentes autem dominum non deficient omni bono ' <sup>11</sup> : ' Hic ' ait, ' in fine cessandum est paginae. Quae vero sequuntur Baitheneus <sup>12</sup>

<sup>1</sup> effundat A ; fundat B1 B2 B3    <sup>2</sup> nuper A B1 B3. Omitted in B2

<sup>3</sup> modo A ; modo ut B1 B2 B3    <sup>4</sup> domnum A ; dominum B1 B2 B3

<sup>5</sup> monticellum A B1 B2 ; -tec- B3. This hill was outside the boundary of the monastery, therefore not the Cnoc nan Carnan, but more probably Sgùrr an Fhithich, near the middle of the western rampart. See p. 112.

<sup>6</sup> cenubium A ; -no'b- B1 ; -nob- B3. Illegible in B2.

<sup>7</sup> barbararum A. Omitted in B1 B2 B3

<sup>8</sup> descendens A ; des- B1 B2 B3

<sup>9</sup> tegorio A ; tugurio B1 B2 B3 (-gu'r- B1). This hut, Columba's writing-house, was within the rampart of the monastery, and near, if not at, the south-western gate. See pp. 108ff.

tears fall freely on the lap of the saint, and foaming much, to weep aloud.

When he saw this, the attendant began to drive away the weeping mourner ; but the saint forbade him, saying : ' Let him, let him that loves us, pour out the tears of most bitter grief here in my bosom. See, man though you are, and having a rational soul, you could by no means know anything of my departure except what I myself have even now disclosed to you. But to this brute and unreasoning animal the Creator has, in what way he would, revealed clearly that its master is going to depart from it '. Thus speaking, he blessed his servant the horse, as it turned sadly away from him.

Going from there, he climbed a small hill overlooking the monastery, and stood on its summit for a little while. And as he stood he raised both hands, and blessed his monastery, saying : ' On this place, small and mean though it be, not only the kings of the Irish with their peoples, but also the rulers of barbarous and foreign nations, with their subjects, will bestow great and especial honour ; also especial reverence will be bestowed by saints even of other churches '.

After these words, he descended from that little hill, returned to the monastery, and sat in the hut, writing a psalter. And when he came to that verse of the thirty-third Psalm where it is written, ' But they that seek the Lord shall not want for anything that is good ', he said : ' Here, at the end of the page, I must stop. Let Baithene write what follows '.

<sup>10</sup> xxx tertii A ; tricesimi tercii B1 B2 B3 (-ii B1 B2)

<sup>11</sup> dominum to bono. In B1, d' . n̄ . d' . o . b . ; the Vulgate (Ps. xxxiii. 11) reads *minuentur* instead of *deficient*.

<sup>12</sup> baitheneus A B2 B3 ; baithe'neus B1

scribat'. Sancto convenienter congruit decessori novissimus versiculus quem scripserat,<sup>1</sup> cui numquam bona deficient aeterna. Successori vero sequens patri spiritualium<sup>2</sup> doctori<sup>3</sup> filiorum, 'Venite filii audite me; timorem domini docebo vos', congruenter convenit, qui sicut decessor commendavit non solum ei docendo sed etiam scribendo successit.

129a Post talem superius memoratum terminatae versum perscriptum<sup>4</sup> paginae, sanctus ad vespertinalem<sup>5</sup> dominicae noctis<sup>6</sup> misam<sup>7</sup> ingreditur ecclesiam. | Qua<sup>8</sup> continuo consummata<sup>9</sup> ad hospitium<sup>10</sup> revertens in lectulo resedet<sup>11</sup> pernox ubi<sup>12</sup> pro stramine nudam habebat petram, et pro pulvillo lapidem<sup>13</sup> qui hodieque quasi quidam juxta sepulchrum ejus titulus stat monumenti.<sup>14</sup> Ibidem itaque resedens<sup>15</sup> ultima ad fratres mandata solo audiente ministro commendat, inquit: 'Haec vobis ó filioli novissima commendo verba, ut inter vos motuam<sup>16</sup> et non fictam habeatis<sup>17</sup> caritatem cum pace. Et si ita juxta sanctorum exempla patrum observaveritis, deus confortator bonorum vobis auxiliabitur, et ego cum ipso<sup>18</sup> manens pro vobis interpellabo; et non tantum praesentis vitae necessaria ab eo sufficienter amministrantur, sed etiam | aeternalium bonorum proemia

<sup>1</sup> versiculus quem scripserat A; quem scripserat versiculus B1 B2 B3 (scri'p- B1)

<sup>2</sup> spiritualium A; spiritualium B1 B2 B3

<sup>3</sup> doctori. Transposition signs in A are intended to place this word before *qui sicut* below. They are entered (shaped like a superscript *u*, below *oc*, and before *qui*) by the text hand. In B1 B2 B3 the text is as in A, but without any sign of transposition. The transposition was ignored in the shortened version and in P.

<sup>4</sup> perscriptum A B2 B3; pres- B1

<sup>5</sup> vespertinalem A; -ale B1 B2 B3

<sup>6</sup> dominicae noctis. 'Sunday night' began at or after the vespers of Saturday; in this case, on Saturday, 8 June, A.D. 597. See p. 67.

<sup>7</sup> misam A; officium B1 B2 B3. Cf. p. 122.

<sup>8</sup> qua A; Quo B1 B2 B3

The last verse that he wrote aptly befits the holy predecessor, who will never lack eternal good things. And the verse that follows, 'Come, my sons, hear me; I will teach you fear of the Lord', is fittingly adapted to the successor, the father of spiritual sons, a teacher, who, as his predecessor enjoined, succeeded him not in teaching only, but in writing also.

After he had written the former verse, at the end of the page, the saint entered the church for the vesper office of the Lord's-night. As soon as that was finished, he returned to his lodging, and reclined on his sleeping-place, where during the night he used to have for bed, the bare rock; and for pillow, a stone, which even today stands beside his grave as a kind of epitaph. So while reclining there, he gave his last commands to the brothers, in the hearing of his attendant alone, and said: 'I commend to you, my children, these latest words, that you shall have among yourselves mutual and unfeigned charity, with peace. If you follow this course after the example of the holy fathers, God, who gives strength to the good, will help you; and I, abiding with him, shall intercede for you. And not only will the necessities of this life be sufficiently provided by him, but also the rewards of eternal good things will be

<sup>9</sup> continuo consummata A; -ato B2 B3; consummato continuo B1, with pen-marks, possibly indicating transposition, above and below the first *c*.

<sup>10</sup> hospitium A; hospiciolum, B2 B3; hospicium B1.

<sup>11</sup> resedet A; -sid- B1 B2 B3

<sup>12</sup> pernox ubi. This is to be interpreted as *ubi pernox*; although as it stands *pernox* could be construed with *resedet*.

<sup>13</sup> lapidem. See p. 89.

<sup>14</sup> titulus monumenti: i.e. an 'epitaph' that indicated the manner of Columba's life.

<sup>15</sup> resedens A; -sid- B1 B2 B3

<sup>16</sup> motuam A; mu'tuam B1; mutuam B2 B3

<sup>17</sup> habeatis A B1; habehatis B3. Illegible in B2.

<sup>18</sup> ipso A B1 B2; ipse B3

divinorum observatoribus [mandatorum] praeparata<sup>1</sup> tribuentur'.

Huc usque extrema venerabilis patroni verba quasi de hac tediāli perigrinatione<sup>2</sup> ad caelestem patriam transmeantis brevi textu narrata deducta sunt. .

130a Post quae<sup>3</sup> felici appropinquante novissima paulisper hora sanctus conticuit. Tum proinde media nocte pulsata personante cloca festinus surgens ad ecclesiam pergīt, citiorque ceteris currens solus introgressus iuxta altare flexis in oratione genibus recumbit. Diormitius<sup>4</sup> minister tardius prosequutus eodem momento eminus totam intrinsecus ecclesiam angelica luce erga sanctum repleri videt. Quo ad januam appropinquante eadem lux visa ocius recessit; quam etiam alii de fra|tribus pauci et ipsi eminus adstantes viderant.

Diormitius<sup>5</sup> ergo ecclesiam ingrediens flebili ingeminat voce: 'Ubi es, pater?' Et necdum allatis fratrum lucernis per tenebras palpans sanctum ante altarium recubantem invenit, quem paululum eregens<sup>6</sup> et iuxta sedens sanctum in suo gremio possuit caput. Et inter haec coetus monachorum cum luminaribus adcurrentes patre viso moriente coepit plangere. Et ut ab aliquibus qui praesentes inerant didicimus, sanctus necdum egrediente anima apertis susum<sup>7</sup> oculis ad utrumque latus cum mira vultus hilaritate et laetitia circumspiciebat, sanctos scilicet obvios intuens angelos. Diormitius<sup>8</sup> tum sanctam sublevat ad benedicendum

<sup>1</sup> prae|parata A; mandatorum preparata B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>. With the B reading, cf. the Vulgate, John xiii. 34, xiv. 21. It is clear that either *mandatorum* or *praeceptorum* (cf. John xv. 10, 12) must have been what Adomnan wrote, or meant to have written.

<sup>2</sup> perigrinatione A; peregr- B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>3</sup> Post quae A; Post que B<sub>1</sub>; Postque B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>4</sup> Diormitius A B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>; Diormicius B<sub>1</sub>

<sup>5</sup> Diormitius A B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>; Diormicius B<sub>1</sub>

bestowed, that are prepared for those who follow the divine commandments'.

We have carried down to this point, briefly told, the last words of the venerable patron, when he was, as it were, crossing over to the heavenly country from this weary pilgrimage.

After them the saint was silent for a little, as the happy latest hour drew near. Then, when the beaten bell resounded at midnight, he rose in haste and went to the church and, running, entered in advance of the others, alone; and bowing his knees in prayer he sank down beside the altar. In that moment Diormit, the attendant, following later, saw from a distance the whole church filled inside with angelic light about the saint. As Diormit approached the doorway, the light that he had seen quickly faded. A few more of the brothers also had seen it, when they too were a little way off.

So Diormit entering the church cried in a tearful voice: 'Where are you, where are you, father?' And groping in the darkness, since the lamps of the brothers had not yet been brought, he found the saint lying before the altar. Raising him a little, and sitting down beside him, he placed the holy head upon his lap. Meanwhile the company of monks ran up with lights; and when they saw that their father was dying they began to lament. And as we have learned from some men who were present there, the saint, whose soul had not yet departed, opened his eyes, and looked around on either side, with wonderful joy and gladness of countenance; for he was gazing upon the holy angels that had come to meet him. Then Diormit raised the holy right hand,

<sup>6</sup> eregens A; -rig- B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>7</sup> susum A; sursum B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>8</sup> Diormitius A B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>; Diormi'cius B<sub>1</sub>

130b sancti monachorum chorum<sup>1</sup> dexteram manum. Sed |  
et ipse venerabilis pater in quantum poterat simul suam  
movebat manum ; ut videlicet quod voce in egressu non  
valebat animae etiam motu manus fratres videretur  
benedicere. Et post sanctam benedictionem taliter  
significatam continuo spiritum exalavit. .

Quo tabernaculum corporis egresso facies rubens et  
mirum in modum angelica visione exhilarita<sup>2</sup> in tantum  
remansit, ut non quasi mortui sed dormientis videretur  
viventis. Tota interim personabat mestis plangoribus  
eclesia. Sed non praetereundum videtur quod eadem  
hora beatae transitus animae cuidam everniensi<sup>3</sup> sancto  
revelatum est.

131a In illo namque monasterio quod scotica nominatur<sup>4</sup>  
lingua Cloni-|finchoil<sup>5</sup> quidam homo erat<sup>6</sup> sanctus  
senex, Christi miles, qui Lugudius<sup>7</sup> vocitabatur, filius  
Tailchani,<sup>8</sup> justus et sapiens. Hic itaque primo mane  
cuidam eque christiano militi, Fergnovo nomine, suam  
enarravit visionem cum ingenti gemitu dicens : ' Hac  
praeterita nocte media sanctus Columba multarum  
columna ecclesiarum<sup>9</sup> ad dominum transit.<sup>10</sup> Et in hora  
beati exitus ejus<sup>11</sup> Iovam insulam, ad quam corpore  
numquam perveni, totam angelorum claritudine in  
spiritu vidi inradiatam, totaque spatia aeris, usque ad<sup>12</sup>

<sup>1</sup> chorum A B2 B3 ; cetum B1

<sup>2</sup> exhilarita A ; -rata B1 B2 B3

<sup>3</sup> everniensi A ; hiber- B1 B3 ; hyber- B2

<sup>4</sup> nominatur A ; nuncupatur B1 B2 B3 (numc- B1)

<sup>5</sup> cloni | finchoil A, with two over-dashes above *cloni* ; clonifinchoil B1 B2 B3 (-coi'1 B1). In Thesaurus 1903, p. 280, it is suggested that *Cloni* should here be read *Clóin*, the nominative singular. But since the B texts agree with A in reading *cloni*, i.e. the nominative plural, the presumption is that that was what Adomnan wrote. In that case, the lenited *f* in A would have to be emended to unlenited *f*. The lenited *f* would have been correct only if the preceding word were *clóin*, and already locally used as a feminine noun : in O.I., it was masculine (see Thurneysen 1946, p. 676, translators' note 50).

to bless the saint's company of monks. And the venerable father himself at the same time moved his hand, as much as he was able, in order that he might be seen to bless the brothers even by the movement of his hand, a thing that in the departure of his soul he could not do by voice. And after the holy benediction thus expressed he presently breathed out his spirit.

When that had left the tabernacle of the body, his face continued to be ruddy, and in a wonderful degree gladdened by the vision of angels, so much that it seemed like the face not of a dead man, but of a living sleeper. Meanwhile the whole church resounded with sorrowful lamentations.

And it appears right that this should not be omitted that was revealed to a certain saint in Ireland, in the very hour of the passing of the blessed soul. For in the monastery that in the Irish tongue is called *Cloni-finchoil*, there was an aged holy man, a soldier of Christ, righteous and wise, who was called Luguid, son of Tailchan. In the early morning he related a vision that he had had, to a man who was likewise a Christian soldier, by name Virgno ; and said, with great lamentation : ' In the middle of this last night Saint Columba, the pillar of many churches, has passed to the Lord. And in the hour of his blessed departure I saw in the Spirit the whole island of Io (where I have never come in the body) lit up with the brightness of angels ; and all the spaces

<sup>6</sup> homo erat A ; erat homo B1 B2 B3

<sup>7</sup> lugudius A B2 B3 ; lugu'dius B1

<sup>8</sup> tailchani A ; talcani B1 B2 B3

<sup>9</sup> ecclesiarum A ; eccles- B1 B2 ; ecclis- B3

<sup>10</sup> transit A ; -iit B1 ; -iit B3. Missing in B2.

<sup>11</sup> beati exitus ejus A ; exitus ejus beati B1 B2 B3

<sup>12</sup> ad A B1. Missing in B2 ; omitted in B3.

ethera caelorum, eorundem angelorum claritate inlustrata, qui ad sanctam ipsius animam praeferendam <sup>1</sup> de caelis misi discenderant <sup>2</sup> innumerari. Altisona quoque  
 131b carminalia et valde | suavia audivi angelicorum coetuum cantica, eodem momento egresionis inter angelicos sanctae ipsius animae ascendentes <sup>3</sup> choros'.

Hanc angelicam manifestationem Virgnous,<sup>4</sup> ut praedictum est, qui ab ore sancti illius senis cui revelata erat indubitanter didicerat, hisdem diebus de Scotia remigans Hinba in insula <sup>5</sup> reliquiis <sup>6</sup> diebus vitae suae permanens sancti Columbae monacis sepius enarrabat. Qui videlicet Virgnous, post multos in subjectione inter fratres inreprehensibiliter expletos annos, alios xii.<sup>7</sup> in loco anchoritarum <sup>8</sup> in Muirbulc-mar <sup>9</sup> vitam ducens anchoriticam <sup>10</sup> Christi victor miles explevit.

Hanc praedictam visionem non solum paginis in-  
 132a scriptam repperimus, sed et <sup>11</sup> [ab] aliquibus | expertis senioribus quibus ipse Virgnous retulerat sine ullo didicimus cunctamine.

Eadem quoque hora aliam visionem aliter revelatam unus ex eis qui viderant, Christi miles, valde senex, cujus nomen <sup>12</sup> etiam potest dici 'ferreolus', scotice vero

<sup>1</sup> praeferendam A ; perf- B1 B2 B3

<sup>2</sup> discenderant A ; des- B1 B3. Missing in B2.

<sup>3</sup> ascendentes A ; -entis B1 B2 B3

<sup>4</sup> *Virgnous*. So also below, and in 132a ; but above, in the dative, *Fergnovo* ; cf. under 119b, and p. 139.

<sup>5</sup> hinba in insula A ; in insula himba B1 ; in ins[ B2 ; insula himba B3

<sup>6</sup> reliquiis A ; -quis B1 B2 B3 <sup>7</sup> xii A ; duodecim B1 B2 B3

<sup>8</sup> anchoritarum A ; anachoret- B1 ; anachorit- B3. Illegible in B2.

<sup>9</sup> in muir|bulc mar A, with four over-dashes ; in muir|bule määar B1 ; in muirbulc määar B2 ; in muirbulc B3. The over-dash above *in*, in A, shows that *in* was thought to be an Irish word (the preposition *i n-*), and *bulc*, to be the O.I. dative of *bolc* : 'in the great sea-bay'. It is implied that this place of anchorites was in the island of Hinba. See p. 154.

<sup>10</sup> anchoriticam A ; anachoret- B1 ; anachorit- B2 ; anachoret- B3

<sup>11</sup> et A ; et ab B1 B3 ; ab B2

<sup>12</sup> nomen A ; nomen latine B1 B2 B3

of the air, as far as the ethereal skies, illumined by the shining of those angels, who, sent from heaven, had come down without number, to bear aloft his holy soul. Also I heard, sounding on high, the songs, tuneful and very sweet, of the angelic hosts, at the very moment when his holy soul went forth among the ascending companies of angels'.

In those same days Virgno rowed over from Ireland, and he remained for the rest of his life in the island of Hinba ; and he very often described to the monks of Saint Columba this manifestation of angels of which, as has been said above, he had learned indubitably from the mouth of the holy old man to whom it had been revealed. After completing irreproachably many years in subjection among the brothers, this Virgno completed other twelve years as a victorious soldier of Christ, leading the life of an anchorite, in the place of the anchorites, in Muirbolc-már.

We have not only found the foregoing vision set down in writing, but we have learned it with no uncertainty [from] some elders who knew of it, since Virgno himself had told it to them.

Another vision, differently revealed at the same hour, was told with strong asseveration to me, Adomnan, then a young man, by one of those that had seen it, a

Ernene,<sup>1</sup> gente mocu Fir-roide,<sup>2</sup> qui inter aliorum sancti Columbae monachorum reliquias, et ipse sanctus monachus, in dorso Tómmē<sup>3</sup> sepultus cum sanctis resurrectionem exspectat, mihi Adomnāno<sup>4</sup> illo juveni<sup>5</sup> in tempore cum grandi retulerat testificatione, dicens : ' Illa in nocte qua sanctus Columba de terris ad caelos felici et beato fine transiit, ego et alii mecum viri<sup>6</sup> laborantes in captura piscium<sup>7</sup> in valle piscosi fluminis Fendæ<sup>8</sup> subito totum aerei inlustratum caeli spatium videmus. . Cujus mi|ra-  
132b culi subitatione permoti oculos ad orientem<sup>9</sup> elevatos convertimus, et ecce quasi quaedam pergrandis ignea apparuit columna, quae in illa nocte media susum<sup>10</sup> ascendens ita nobis videbatur mundum inlustrare totum sicuti aesteus<sup>11</sup> et meridianus sol. Et postquam illa penetravit columna caelum, quasi post occasum solis tenebrae succedunt. Hujus itaque claritudinem luminosae<sup>12</sup> et praedicabilis columnae non tantum nos qui simul in eodem loco ineramus cum ingenti ammiratione vidimus, sed et alii multi piscatores qui sparsim per diversas fluminales piscinas ejusdem fluminis piscabantur,

<sup>1</sup> ernene A ; erne'ne B<sub>1</sub> ; aernene B<sub>2</sub> ; arrene B<sub>3</sub>. Adomnan's translation *ferreolus* (grammatically a diminutive of *ferreus*) shows that he thought that *Ernene* was derived from *iarn* 'iron', representing a Goidelic stem \**isarno-*, with short *i*.

<sup>2</sup> mocu fir roide A, with five over-dashes ; mocusfirroide B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> (-ro'ide B<sub>1</sub>) ; mocusfirroive B<sub>3</sub>. The name means 'family of Fer-Roide'; and if that is 'of the husband of Ród', the stress-accent would be on the syllable *rōi*, as in B<sub>1</sub>. After *mocu*, an initial consonant was (sometimes, at least) lenited : A's dotted *f* may be correct. It was overlooked by Reeves, and in Thesaurus 1903, p. 280.

<sup>3</sup> tómmē A, with one over-dash above the second syllable ; thome B<sub>1</sub> ; come B<sub>2</sub> ; tome B<sub>3</sub>. *Dorsum tómmē* stood for O.I. *druimm-tómmē*, later *-tuamma*, with nasalized *t* ; it is now Drumhome, a parish in Donegal. See p. 106. Cf. Reeves 1857, p. 238.

<sup>4</sup> adomnāno A (with a slight space after *ad*) ; á domnāno B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> ; a domnāno B<sub>3</sub>

<sup>5</sup> juveni A B<sub>2</sub> B<sub>3</sub> ; inveni B<sub>1</sub>

<sup>6</sup> viri A B<sub>1</sub> B<sub>2</sub>. Omitted in B<sub>3</sub>.

<sup>7</sup> laborantes in captura piscium. This was on 'the venerable Lord's-

very aged soldier of Christ, of the family mocu Fir-roide, whose name, in Irish *Ernene*, can also be rendered 'man of iron'. He (himself a holy monk) lies buried among the remains of other monks of Saint Columba, and awaits the resurrection with the saints, in the ridge of Tóimm. He said : ' In that night when Saint Columba passed, by a happy and blessed end, from earth to heaven, I and other men with me, at work on the catching of fish in the valley of the river Fendea, which abounds in fish, saw the whole space of airy heaven suddenly lit up. Startled by the suddenness of this miracle, we raised our eyes and turned them to the region of the rising sun ; and behold, there appeared what seemed like a very great pillar of fire which, rising upwards in that midnight, seemed to us to illumine the whole world like the summer sun at midday. And after that pillar pierced the sky, darkness followed, as after the setting of the sun. Not only was the brightness of this luminous and remarkable pillar seen, with great amazement, by us, who were together in the same place, but many other fishers also, who were fishing here and there among the various pools of the same river, were,

night', 127a ; and evidently Adomnan expresses no disapproval of fishing on Sunday. See pp. 25ff.

<sup>8</sup> fendæ A ; fendé B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> ; fende B<sub>3</sub>. The meaning is 'white goddess' ; see pp. 141-2. The river was apparently the Finn, in Donegal, a tributary of the Foyle. Reeves 1857, p. 239, suggested that the place was Gleann Finne, in the parish of Kiltreevoge.

<sup>9</sup> orientem. Iona was to the north-east of the Finn, the direction of sunrise in June.

<sup>10</sup> susum A ; sursum B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>11</sup> aesteus A ; esti'vus B<sub>1</sub> ; estivus B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>12</sup> luminosae A ; -ose B<sub>2</sub> B<sub>3</sub> ; luminis B<sub>1</sub>

sicut nobis post retulerant, simili apparatione<sup>1</sup> visa  
133a magno pavore sunt | percussi'. .

Harum igitur trium<sup>2</sup> miracula visionum eadem trans-  
itus hora venerandi apparentium patroni aeternos ei a  
deo conlatos protestantur honores. Ad propositum  
revertamur.<sup>3</sup>

Interea post sanctae egressum animae ymnis matuti-  
nalibus<sup>4</sup> terminatis sacrum corpus de ecclesia ad hos-  
pitium, unde paulo ante vivens venerat, cum canora  
fratrum reportatur psalmodia. Honestaeque ternis  
diebus et totidem noctibus honorabiles rite explentur  
exequiae; quibus in dei sapidis<sup>5</sup> laudibus terminatis,  
sancti et beati patroni venerabile corpus mundis in-  
volutum sindonibus<sup>6</sup> et praeparata possitum in rata  
133b et aeternali resurrectorum | claritudine. .

De supra memoratis ergo tribus illis exsequiarum  
diebus, more peractis ecclesiastico, quod nobis ab expertis  
traditum est hujus prope finem enarrabitur libri.

Quidam<sup>9</sup> namque aliquando unus de fratribus  
coram venerabili viro simpliciter<sup>10</sup> loquens: 'Ad  
celebrandas' ait ad sanctum, 'tuas post tuum obitum  
exequias, ut putatur, totus harum provinciarum populus

<sup>1</sup> apparatione A; -riti- B<sub>1</sub> B<sub>2</sub>; -rici- B<sub>3</sub>

<sup>2</sup> *trium*. The light in the church, 129b-130a, is included in the number.

<sup>3</sup> ad propositum revertamur A; -osi- B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>. This sentence is written in coloured ink in B<sub>1</sub> B<sub>3</sub>.

<sup>4</sup> *ymnis matutinalibus*. This means the canonical hour next after the midnight office. See Gougaud 1932, p. 330. At Bangor (in the seventh century) and at Tallaght (in the ninth), there was an interval for sleep between these offices. We do not know whether an interval was normal at Iona. In the middle of summer there would hardly have been time for it.

<sup>5</sup> *sapidis* A. Omitted in B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>.

<sup>6</sup> *sindonibus*. This word was derived from the Vulgate Gospels' account of the burial of Jesus.

<sup>7</sup> in ratabus|ta A; in rata busta B<sub>1</sub> B<sub>3</sub>; ]ta busta B<sub>2</sub>. The words, or word, *rata busta* have not been satisfactorily explained. *Busta* may be the

as they told us afterwards, struck with great terror, through seeing a similar apparition'.

These three miraculous visions, appearing in the very hour of the passing of the venerable patron, testify to the eternal honours conferred on him by God. Let us return to our theme.

In the meanwhile, after the departure of the holy soul, when the matin hymns were ended, the sacred body was carried back from the church, with the brothers' tuneful psalmody, to the lodging from which, alive, he had come a little while before. And for three days and three nights the funeral ceremonies were duly carried out in a worthy and honourable manner. When these had ended in the savoury praises of God, the venerable body of the holy and blessed patron was wrapped in clean fine cloths, and laid in the appointed burial-place that had been made ready, and was interred with fitting veneration, to rise again in bright and eternal light.

What has been handed down to us on good authority concerning those three days of funeral mentioned above, spent according to the custom of the church, shall be related here, almost at the end of this book.

A certain man, one of the brothers, on one occasion in the company of the venerable man spoke unthinkingly, and said to the saint: 'After your death, it is estimated that the entire population of these provinces will row over for the celebration of your funeral, and

accusative plural of *bustum* 'grave' or 'tomb'. The jingle between *rata* and *praeparata* may have been intentional.

<sup>8</sup> *debeta* A; *de'bita* B<sub>1</sub>; *debita* B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>9</sup> *Quidam* A B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>; *Cuidam* B<sub>1</sub> (a mistake of the decorator).

<sup>10</sup> *simpliciter* A; *sim-* B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

hanc Iovam remigans replebit insulam'. Quod verbum audiens sanctus consequenter ait: 'Ó mí filiole,<sup>1</sup> non ut loqueris sic res probabit. Nam promiscuum populi vulgus nullo modo ad meas poterit exsequias venire. Mei soli familiares monaci mea sepulchralia complebunt  
134a et exsequialia honestabunt | officia'.

Quod verbum ejus<sup>2</sup> profeticum statim post transitum ipsius omnipotentia dei adimpleri fecit. Nam per tris<sup>3</sup> illas exsequiales dies et noctes grandis sine pluvia<sup>4</sup> facta est ventosa tempestas; qua fortiter prohibente nullus hinc et inde navicella<sup>5</sup> vectus transfretare poterat. Et post consummatam beati sepultionem viri continuo tempestate sedata et cessante vento totum tranquillatum est equor.

Perpendat itaque lector quanti et qualis apud deum praedicabilis patronus honoris habeatur, cui aliquando in carne mortali conversanti deo dignante oranti tempestates<sup>6</sup> sedatae sunt et maria tranquillata; et rursus quando necesse habuit, supra memorata occassione, orta flamina ventorum et ventosa cum voluit concita<sup>7</sup> sunt |  
134b equora; quae subsequenter, ut superius dictum est, expletis ejus sepulturae ministeriis in magnam conversa sunt tranquillitatem.

Hic itaque nostro praedicabili patrono vitae terminus fuit; ista meritorum exordia. Qui, secundum sententias<sup>8</sup> scripturarum, aeternis comes triumphis patribus additus,<sup>9</sup> apostolis et profetis consortus, numero aggregatus albarum milium<sup>10</sup> agnino in sanguine suas

<sup>1</sup> filiole A B<sub>1</sub> B<sub>2</sub>; filioli B<sub>3</sub>

<sup>2</sup> ejus A B<sub>1</sub> B<sub>2</sub>. Omitted in B<sub>3</sub> (as the result of erasure and rewriting).

<sup>3</sup> tris A; tres B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>4</sup> pluvia A; pluvia B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>5</sup> navicella A B<sub>2</sub>; navice'lla B<sub>1</sub>; navi cella B<sub>3</sub>

<sup>6</sup> tempestates A B<sub>1</sub> B<sub>2</sub>; tep- B<sub>3</sub>

<sup>7</sup> concita A; concitata B<sub>1</sub> B<sub>3</sub>. Missing in B<sub>2</sub>.

fill this island of Io'. Upon hearing this, the saint said: 'My child, the event will not prove to be as you say; for a miscellaneous crowd of people will not be able to come to my funeral. Only my family of monks will fulfil the offices of my burial, and worthily perform my funeral rites'.

The omnipotence of God caused this prophetic saying of his to be fulfilled immediately after his death. For during those three days and nights of the funeral a great storm of wind blew without rain, and forbade any one in a small ship to cross the strait in either direction. And after the burial of the blessed man had been completed, straightway the storm was stilled, the wind ceased, and the whole sea was calmed.

Let the reader consider in how great and high honour with God the memorable patron is held, at whose prayer once while he lived in mortal flesh, God granting it, storms were stilled, and seas were calmed; and again, when he had need, on the occasion mentioned above, at his wish blasts of wind sprang up, and stormy seas were raised; which afterwards, as has been said above, when the services of his burial were complete, were changed into a great calm.

This was the end of our memorable patron's life; these were the beginnings of his rewards. Being, in the language of the scriptures, added to the fathers as a sharer in eternal triumphs, united to apostles and prophets, and joined to the number of the thousands of

<sup>8</sup> sententias A B<sub>2</sub>; -enciam B<sub>1</sub>; -encias B<sub>3</sub>

<sup>9</sup> *Hic to additus*. This part of the paragraph is based upon passages from Evagrius's Life of Antony; the part from *apostolis to labe*, (with its quotation from the Vulgate, Apocalypse vii. 14) upon a letter of Sulpicius Severus, concerning the death of Martin of Tours (in Halm's edition, p. 143). See Brüning 1917, pp. 246, 248.

<sup>10</sup> milium A B<sub>3</sub>; mi'lium B<sub>1</sub>; militum B<sub>2</sub>



sanctorum qui laverunt stolas, agnum ductorem comitatur ; virgo immaculatus, ab omni intiger<sup>1</sup> labe, ipso domino nostro Jesu Christo dignante, cui est cum patre honor virtus laus gloria et imperium sempeternum,<sup>2</sup> in unitate spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum. .<sup>3</sup> |

- 135a Post horum trinalium lectionem libellorum, quisque diligens<sup>4</sup> annotet lector quanti et qualis meriti sanctus sepe supra memoratus praesul venerandus, quantae et qualis apud deum honorificentiae,<sup>5</sup> fuerit estimatus<sup>6</sup> ; quantae et quales angelicae ad ipsum et luminosae frequentationes fuerint ; quanta in eo profetalis gratia ; quanta dialium efficientia virtutum ; quanta et quam frequens eum divini luminis claritudo in carne mortali adhuc commorantem circumfulserit. Quae etiam post egressum animae de tabernaculo corporis almissimae,<sup>7</sup> sicuti quibusdam electis ostensum habetur conpertum, 135b locum in quo ipsius sancta pausant<sup>8</sup> ossa | usque hodie eadem caelestis claritas frequentare non cessat, et sanctorum frequens visitatio angelorum.

Et haec etiam eidem beatae memoriae viro a deo non mediocris est conlata gratia, qua nomen ejus non tantum per totam nostram Scotiam, et omnium totius orbis insularum maximam Britanniam, clare divulgari<sup>9</sup> promeruit in hac parva et extrema ociani<sup>10</sup> brittannici commoratus insula, sed etiam ad trigonam usque

<sup>1</sup> intiger A ; -teg- B1 B2 B3

<sup>2</sup> sempeternum A ; sempit- B1 B2 B3

<sup>3</sup> saeculorum A ; saeculorum amen B1 B2 B3

<sup>4</sup> diligens A ; -lig- B1 B2 B3

<sup>5</sup> honorificentiae A ; -centie B1 B2

<sup>6</sup> *quantae* to *estimatus*. These words are omitted in B3.

<sup>7</sup> almissimae | A (-*mae* written later, with a different pen, by the text hand) ; sanctissime B1 B2 B3

<sup>8</sup> pausant A B1 B3 ; pausent B2      <sup>9</sup> divulgari A ; div- B1 B2 B3

<sup>10</sup> ociani A ; occe'ani B1 ; occeani B2 ; oceani B3

white-robed saints who have washed their robes in the blood of the Lamb, he attends the Lamb his leader ; a virgin unstained, free from every flaw, by the grace of our Lord Jesus Christ himself, who has, with the Father, honour, power, praise, glory, and everlasting dominion, in the unity of the Holy Spirit, through all the ages of the ages.

After the reading of these three books, let every attentive reader observe of how great and high merit, how greatly and highly deserving of honour, our venerable holy superior so often named above was esteemed in the sight of God ; how much and in what manner he was visited by shining angels ; how great in him was the grace of prophecy, how great the power of divine miracles ; how great and how frequent was the brightness of divine light that shone about him, while he still lived in mortal flesh. And even after the departure of his most gentle soul from the tabernacle of the body, this same heavenly brightness, as well as the frequent visits of holy angels, does not cease, down to the present day, to appear at the place in which his holy bones repose ; as is established through being revealed to certain elect persons.

And this great favour also was conferred by God on that man of blessed memory, that, although he lived in this small and remote island of the Britannic ocean, he merited that his name should not only be illustriously renowned throughout our Ireland, and throughout Britain, the greatest of all the islands of the whole world ; but that it should reach even as far as three-cornered

Hispaniam, et Gallias, et ultra Alpes<sup>1</sup> pininas<sup>2</sup> Italiam sitam pervenire, ipsam quoque romanam civitatem, quae caput<sup>3</sup> est omnium civitatum, tantus et talis honor noscibilis<sup>4</sup> eidem sancto inter cetera divinae donationis munera condonatus scitur a deo, qui sé diligentes amat, et eos qui eum sapidís<sup>5</sup> magnificent | laudibus magis ac magis glorificans immensis sublimat honoribus. Qui est benedictus in saecula. . Amen. .

<sup>6</sup> Obsecro eos quicumque voluerint hos describere<sup>7</sup> libellos, immo potius adjuro per Christum iudicem saeculorum, ut postquam deligenter<sup>8</sup> discriperint<sup>9</sup> conferant et emendent cum omni diligentia ad exemplar unde craxerunt,<sup>10</sup> et hanc quoque adjurationem hoc in loco subscribant. .<sup>11</sup>

Quicumque hós virtutum libellos Columbae legerit pro me Dorbbeneo deum deprecetur, ut vitam post mortem aeternam possedeam.<sup>12</sup>

<sup>1</sup> alpes A B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> ; alpas B<sub>3</sub>

<sup>2</sup> pininas A ; penninas B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub> (-ni'n- B<sub>1</sub>)

<sup>3</sup> caput. This passage is partly modelled upon words, used in a somewhat similar context, in Evagrius's Life of Antony : *ipsi quae urbium caput est Romae*. See Brüning 1917, p. 246.

<sup>4</sup> noscibilis A B<sub>1</sub> (-ci'b- B<sub>1</sub>) ; vocibilis B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>5</sup> sapidís A. Omitted in B<sub>1</sub> B<sub>3</sub> ?B<sub>2</sub>.

<sup>6</sup> Before *Obsecro*, a line is left blank in A. B<sub>2</sub> had a title in colour, of which [*Adjuratio sancti adomnani*] is visible in our facsimile. Reeves (1857, p. 458) read in addition : *ad s[criptore]m*.

<sup>7</sup> describere A ; des- B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>8</sup> deligenter A ; dil- B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>

<sup>9</sup> discriperint A ; des- B<sub>1</sub> B<sub>3</sub>. Missing in B<sub>2</sub>.

<sup>10</sup> craxerunt A ; caraxave'runt B<sub>1</sub> ; caraxerunt B<sub>3</sub>. Missing in B<sub>2</sub>. This sentence must have been derived from Adomnan's own colophon, but we should suppose that he would have written *craxaverint*.

<sup>11</sup> *Obsecro to subscribant*. This subscription appears to be modelled upon words translated by Jerome (in his *De viris illustribus*) from the Greek of Irenaeus. See Brüning 1917, p. 253, and cf. Reeves 1857, p. 242. After *subscribant* in B<sub>1</sub> B<sub>2</sub> B<sub>3</sub>, lists of Columba's companions and relatives follow immediately. See the Appendix, below.

Spain, and Gaul, and Italy situated beyond the Pennine Alps ; also the Roman city itself, which is the chief of all cities. So great and high honour of fame is known to have been bestowed upon that saint, among the other gifts of divine granting, by God, who loves those that love him, and, more and more glorifying those that magnify him with savoury praises, elevates them with boundless honours. And He is blessed through the ages. Amen.

I beseech all those that may wish to copy these books, nay more I adjure them through Christ, the judge of the ages, that after carefully copying they compare them with the exemplar from which they have written, and emend them with the utmost care ; and also that they append this adjuration in this place.

Whoever may read these books of the miraculous powers of Columba, let him pray to God for me, Dorbbene, that I may possess after death eternal life.

<sup>12</sup> *Quicumque to possedeam*. This signature of Dorbbene is in A only. It is written in red ink, after a line left blank, and with a wider outer margin, probably at a somewhat later time, by the text hand. The red ink used was too thick for free writing ; for that or some other reason the parchment did not take the ink very well. The last four lines of 136a are blank, and there is no writing in the second column.

Page 137 is not divided into columns. It contains the Lord's Prayer in Greek, derived from a text similar to that of the Greek Testament, Matt. vi. 9-13. The writing is based upon Greek uncials of the seventh century.

The writer was probably the same who wrote the text of A. There is no indication that his Greek version was taken from a version written by Adomnan. But it has some value as evidence of the study of Greek in the Irish church of Adomnan's time.

In the lower part of the same page, a relatively modern hand has written about twelve lines, which were later erased.

A hand-copy of the Greek prayer was given in Reeves 1857, pp. xx-xxii, with a discussion.